LECTORI S.

Obſecro te, candide lector, ut nolis de opere hoc ex ſola illius ſuperſcriptione cenſere, putans res ſolas uulgares, & forenſes in illo tractari, quales ſæpe ab alijs de eadem re differentibus tractari ſolent. Multo enim plura habet hoc opus in receſſu, quam in frõte promittat. Quoniam non ſoli Iuriſperiti: ſed etiam Theologi multis in locis ex eo proficere poſſunt, prout author in operis Præfatione admonet. Si periculum feceris, non dubito, quin opus ipſum probes, & maioribus, quam ego laudibus, extollas. Lege ergo feliciter, & noſtris laboribus faueto.